

I. Hofm

Xd. 2095.

6

HENR. AVG. WRISBERGII
PROFESSORIS GOTTINGENSIS
EXPERIMENTA ET OBSERVATIONES ANATOMICAE

DE

VTERO GRAVIDO,
TVBIS, OVARIIS, ET CORPORE
LVTEO QVORVNDAM ANIMALIVM
CVM IISDEM PARTIBVS IN HO-
MINE COLLATIS.



GOETTINGAE,
Apud IOANN. CHRIST. DIETERICH.
MDCCCLXXXII.

HEINR. VAG. WIRSBERGII

PROFESSORIS GOTTINGENSIS

EXPERIMENTA ET OBSERVATIONES ANATOMICAE

DE

ATERRIO GRAVIDO,
TARS, OVARII, ET CORPORÆ
LUTEO, OVARIUM, ANIMALIA
CVM HISDENI PARTIBVS IN HO-
MINE COTIVITAS.



COTTINUS

ANNO MDCCCLXVII CHRISTI DILECTARVM

MDCCLXXVII

VIRIS

ILLVSTRBVS ATQVE EXCELLENTISSIMIS

FAVTORIBVS ET AMICIS SVIS

OMNI AMORIS ET PIETATIS CULTV SYMMOPERE VENERANDIS
TE IN SE COLOCATA IN INNOVATIONIBVS
IN INNAMENIA

DNIS DNIS

IOANNI GOTTLIEB WALTER

ANATOMES PROFESSORI BEROLINENSI

FRIEDER. WILHELMO IAHN

CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO ELECTORALI
SAXONICO

WILH. FRID. AD. GERRESHEIM

MEDICO DRESDENSI

IOANNI CAROLO GEHLER

PROFESSORI MEDICO LIPSIENSI.

IVSTO CHRISTIANO LODER

ANATOMES PROFESSORI IENENSI ET ARCHIATRO
VINARIENSI

IOANNI FRIDER. HVFLAND

CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO SAXO.
VINARIENSI.

IOH. WILH. HENR. BVCHHOLZ

MEDICO AVLICO VINARIENSI.

FRIDER. CHRIST. STOELLER

ARCHIATRO QVONDAM SAXO - WEISSENFELSENS. NVNC
POLIATRO LONGOSALISSENSI.

AIRIS
ILLUSTRIAS AVIAE EXCELENTEISSIMIS
TAVATOLI PROPTER MICHIS SAVIS
OMNI AMORIS ET GESTATIS AULICIS SAMMOMPHRAN ANSERVANTIA
INNUMERA IN SE COLLATA BENEVOLENTIAE ET
AMORIS TESTIMONIA
JOANNI CHRISTIANO LODERI
HAS CE
TRIDER
OBSERVATIONES
WILHELDI AD GERRENSHEIM
JOANNI CARLO EGHIER
PROFESSORI MEDICO LIPSIENSIS
MS. TO. CHRISTIANO LODER
ANATOMIE TRIVIENSIS ET ARCHAEOLOGIA
LITERARUM
JOANNI TRIDER
DEVOTAMENTE CONSECRAT
HENR. AVG. WRISBERG.
TRIDER CHRISTIANO LODER
ARCHAEOLOGO DABORNIA SAXO. WESSENSTEINS. NANG
PORTRAITUS. IOH. GOZALISSEWSKI

de delectatione iniquitate in nobis non est sed in nos.

Patiemini Viri Illustres atque Excellentissimi, eo VOS
ordine alloqui, quo durante nupero itinere VOS am-
plecti, et amicissimo sane pectore a VOBIS vicissim ex-
cipi et foueri mihi contigit.

Viuidissimo etiam nunc voluptatis affectu me perfusum sentio, cum humanissimam, et benevolentiae amoris que plenissimam amicitiae significationem perpendo, quame, corporis animique aegritudine labefactatum, minime vero depresso, suscepistis et fouistis, ut laetus et hilaris ad dulcem nostram musarum sedem redierim.

Accipite, precor, hanc castissimi pectoris sincerissimam gratiarum actionem, et exiguum hoc anatomes opusculum ea benignitate, qua me dicentem, et Vobiscum de variis ad artem nostram pertinentibus confabulantem audiuitis.

Ad inuidiam VOS felices habeo, propter splendidissimam et elegantissimam rerum tam ad cogitandum quam

ad delectandum idoneam suppellectilem tum ex medicinae artisque anatomicae ambitu, quum ex elegantiori scientiarum genere, qua felicissimae Borussiae et Saxoniae vtriusque prouinciae abundant. Abundare vero eiusmodi regiones his diuinitiis, quae ad ingenii, cognitionis, morum et scientiae augmentum, culturam et perfectionem quidquam conferre possunt, vbi summi imperantes, eorumque amictales disciplinas colunt, fouent, et amant, propria edocetus sum experientia, in patria mea ipsa vbiique manifesta.

Valete Viri eruditissimi, et expectate operis mei obstericij quatuor voluminibus constantis, partem unam vel alteram, in quo elaborando et tradendo aestatem futuram consumam, mihiique in posterum fauete.

Gottingae. Fine Ianuar. 1782.

OBSER.

OBSERVATIONVM ET EXPERIMENTORVM
ANATOMICORVM

DE

VTERO GRAVIDO, TVBIS,
OVARIIS, ET CORPORE LVTEO QVO-
RVNDAM ANIMALIVM, CVM IISDEM
PARTIBVS IN HOMINE COLLATIS.

SECT. I.

PRAEL. D. 13. IAN. 1781.

SECT. II.

PRAEL. D. 19. IAN. 1782.

OBITUARIA ET HISTORICA
ANALOGORUM

ALLEGORIAE, TAVIS
OAVBHE, ET CORPORELLATIS QAO
KINDOM ANIMALIUM, CVM HISTORIIS
PANTHEZI HOMINIS CORTVLTIS

SCOT. I

LEADER. O. 13. MAI. 1781.

SCOT. II

LEADER. O. 13. MAI. 1781.

—

2

iqmōs audire nō mōscōq; s; audīsq; bsp; nō s; nō dīto; N
-s; qd; qd; mōscōq; s; mōscōq; s; mōscōq; s; mōscōq; s;
mōscōq; s; mōscōq; s; mōscōq; s; mōscōq; s;

SECTIO I.

§. I.

Quod b. HALLERVS olim dixit, et saepius ab illo tempore re-
petit, a) ab humana anatomie physiologiam minime plenam repeti,
de plerarumque partium corporis animati functione non posse since-
rum judicium ferri, nisi ejusdem partis fabrica, et in homine et in
variis quadrupedibus, etiam in avibus, et in piscibus, saepe etiam in
infectis innotuerit,, id sane quotidiano physiologiae, quin universae
artis medicae studio, nisi in extremo amplissimae hujus scientiae cor-
tice cognoscendo subsistere volumus, confirmatum est.

Ipse HALLERVS, non quidem ex neglectu ejusmodi compara-
tionis, nam talia eruditionis adminicula minime spernere ac negli-
gere solebat, sed quod tunc temporis carebamus pluribus subsidiis,
et similium veritatum thesauris, in erroneam veritatis assertiōnē
incidit, in quam certissime non incidisset, si propriis oculis obser-
vandi opportunam nactus fuisset occasionem. In definiendo enim
bilis ad duodenūm itinere, quibusdam animantibus, inter quae ele-
phantum retulit, fellis cystidem denegat: Illustris vero CAMPERI
industria constat, dari animalia, quibus, ceu aquilae, cystis fellea
ab hepate remota, jecur inter et duodenūm sita est, elephanto
vero, idem bilis receptaculum inter ipsas duodenī tunicas contineri,
naturam itaque sibi, in conservando illō receptaculo, et inde pen-
dente functione constantem mansisse, licet situm ejusdem partis non
eundem ubique servaverit.

Pi-

(a Element. physiol. corp. hum. T. II. cip. fabrica et funct. T. I. praef. p. 8.
præf. p. 3. it. de partium corp. h. præ-

B

Pilorum sane in quadrupedibus et pennarum in avibus consiprantem et convenientem usum, utilitatem et functionem nemo credit, qui transitum naturae ex squamis piscium in similem fabricam manis, et aculeos erinacei et hystricis neglexerit.

§. 2.

Ut plura alia taceam exempla, quae necessitatem et late patentem ostendunt influxum studii anatomici ex pluribus animantium classibus in subsidium vocati, in nulla forsan physiologiae parte evidentius idem elucescit, quam in enodanda difficulti generationis et propagationis creaturarum doctrina. Antiquam dividendi rationem in vivipara et ovipara animalia, ipsa natura hominibus exhibuisse videtur, cum tam multae insectorum vermiumque classes, omnes aves, amphibia, et plerique pisces ova pariant, caloris fuit in vivos pullos progerminantia: cetaceorum vero cohors omniaque quadrupeda mammalia vivos foetus entitantur, relictis in corpore matris suae exuviis. Multas omnino supereesse animalium species, quorum cognosci pariendique ratio nec uni nec alteri obedit consuetudini, et in quibus quaelibet totius animalium particula in novam succrescere potest priori similem et analogam speciem, quasque omnes ARISTOTELES sub generationis aequivocae sucepto nomine comprehendere solebat, multis nunc cognitum est.

§. 3.

Explicationis tandem theoriae difficillimae facilitate, et naturae analogia procul dubio factum est, ut sensim autores binos hos generandi modos in unicum reduxerint, et omnium animalium, nullo excepto, exortum ovis, ceu in ovipararum propagatione adscripterint; hac sola tantum cum differentia, ut ova muliebria, admissa ad eadem virili genitura, per notabile adhuc tempus in corpore matris, utero nempe reclusa manerent, donec foetus in justam magnitudinem adoleverit, quae ad vitam in lucem editus vivendam idonea

nea esset. Ova vera autem in plerisque oviparis, licet aura maris seminali animam jam nacta fuerint vitalem, per notabile temporis spatium, nulli certae periodo adscriptum in eodem statu manere possunt, donec favente coelo, aut fotu alio accedente in vera anima lia mutentur.

*Vermium et lumbricorum ovula ab incomparabili REDI, VALIS-
NERI, PHELSVM, insectorum plerorumque studio SCHWAMMER-
DAMMI, LYONETI, ROESELII, de GEER; Aphroditarum industria
PALLASII, cochlearum FELICIS et LISTERI, piscium STENONIS,
ranarum, lacertarum, serpentumque ROESELII, SEBAE, RUMPHII,
FERMINI, avium MALPIGHII aliorumque multorum indefesso
ardore descripta, et depicta, ostenderunt, in tam vasto animalium,
natura sua longe diversissimorum, ambitu, ortum ex iisdem solis re-
petendum esse. Serior demum aetas similia corpuscula, ova nempe
etiam in quadrupedum mammalium et viviparorum ventre conquisi-
vit, quibus primum futuri animantis domicilium adscriberet, et ori-
ginem horum animalium ad leges oviparorum reduceret. HAR-
VEII in damis, et GRAAFII in cuniculis praecipue instituta peri-
cula effecerunt, ut illis, in testibus animantium sequioris sexus, ani-
madversis granulis vel vesiculis, nomen ovulorum et ovariorum im-
pertinetur, et ad hunc fere diem omnibus persuaderetur, cuncta ani-
mantia vivipara ex ovis muliebribus ortum capere, licet multa et
gravia satis argumenta ab egregiis viris BARTHOLINO b), HART-
MANNOC), SPARAGLI d), HYACINTHO VOGLIE), Illustr. de
BUFFON f) etc. contra hanc theoriam prolata, et summo animi can-
dore pronunciata essent.*

B 2

§. 4.

b) *De ovarii mulierum et generatio-
nis historia, epistola anatom. Romae
1672.*

c) *Dubia de generatione viviparorum
ex ovo. Regiom. 1699. in Hall. Collect.*

Diss. anat. select. Vol. V. p. 135.

d) *De vivipara generatione scupsis sive
dubia contra viviparorum generationem*

*ex ovo per tubas ex ovarii ad uterum
delato: in ej. Exercitationib. physico
anatomic. Bononiae 1701.*

e) *De viviparorum genesi, quae re-
felliit ova vivipara: in ejusd. anthropo-
genia. Bonon. 1718.*

f) *Histoire naturelle etc. utor editione
germ. Hamb. Part. I. Vol. 2.*

§. 4.

Argumenti denique gravitas b. **HALLERV**VM per immensam suam in omni fere scientiarum generē eruditionem, difficultatis, quae hoc negotium premit, optimum judicem, permovit, ut post varia, tum ab ipso g), tum a suis discipulis **KVHLEMANN**o h) imprimis in ovibus capta experimenta, pro obtinendo a societate scientiarum gottingensi praemio, repetitis vicibus quaestionem proposuerit, quae essent vororum in viviparis mutationes a congressū foecundo productae, et corporis lutei causae. Doluit sane Magnus Vir, doliuit Societas, neminem tot Celeberrimorum Europae eruditorum praemium reportasse, licet lucubrationes Societati exhibitae fuerint, quaestionem, ut **HALLERV**S volebat, minime solventes, quarum una alteraque ab Illustri olim magnique nominis viro conscripta praemio forsitan non plane indigna, publici juris facta est i). Vix quidquam magni momenti ab illo tempore detectum elaboratumque est, quod ad dirimendam et explanandam generationis ex ovo controversiam conveniret.

§. 5.

Mihi, muneric jussu, in tradenda physiologia animali hanc particulam quotannis pertractanti, saepius tota disputatio ita comparata visa est, ut nondum sufficiens phaenomenorum et factorum numerus in animantibus viviparis per cognitum terrarum orbem viventibus collectorum adsit, quibus certam et constantem legem, quam natura in producenda nova prole sequitur, superstruere possemus. Inter alia requisita id mihi praecipue adhuc desiderari videtur, quod partium illarum, quae ad formandum novum animal absolute requiruntur et concurrere debent, uteri, tubarum, ovariorumque in domesticis aequae

g) Operum anatomici argumenti minorum Tom. II. p. 422.

h) Observations circa negotium generationis in ovibus factae, Gotting. 1753.

i) IOH. IAC. HVBERI, viri beatae

memoriae quoad animam, et intemera-
tae extimationis ratione anatomici
studii, Invitatio ad negotia anat. in qua
quaedam. disputantur de ortu hominis.
Cassellis 1777,

aeque animalibus quam in feras, in europaeis aequi quam in exoticis et minus notis, in terrestribus simili ratione quam in marinis, cetaceis e. gr. descriptionibus et accurato examine, injectionibus anatomicis praecipue adjuto et illustrato, adhuc caremus. Tales disquisitiones unius hominis vitam et laborem omnino superant, has lacunas refarcire, novisque divitiis augere, veris litterarum societatis et sodalitiis incumbit, tranquillitate animi et corporis, otioque ad meditandum et dijudicandum necessario, me melius fruentibus, ed lucubrationum majora praemia sperantibus. Diu jam disquiri debisset, an in ullo animantium viviparorum genere, ordine et classe, ullum occurret, cuius ovaria ob racemosam et uvis similem fabricam et dispositionem, majorem cum veris ovariis animantium oviparorum similitudinem et convenientiam haberet, quam vulgo in ovariis humanis, vaccinis, ovillis, caninis, equinis, cervinis, asininis, felinis etc. deprehendimus, quorum ovaria ob aequalem plerumque superficiem, duram et pelliceam membranam, quae vesiculos continet, exiguum tantum cum veris ovariis analogiam habere videntur. Inter varias autem animalium brutorum incisiones, subsecivis horis ingenti sane numero factas, suilla ovaria mihi maxime idonea visa sunt, quae scalam inter ovaria animalium oviparorum et viviparorum formare possent. Magna sane cum admiratione, nec minore gaudio legi, principem nostra aetate naturae scrutatorem Illnstriss. DE BUFFON h), suem scropham respectu ovariorum tamquam ultimam viviparorum animantium speciem respexit, quae transitum in classem ovipararum creaturarum faceret. Saepius sane ab illo tempore quo hanc observationem primum in uteris suillis gravidis visam, fecerim, miratus sum, cur a nemine, divitiis instructo, experimenta in illo animantium genere, non adeo pretioso, facilique ratione comparando, et post factum experimentum usui domestico adhuc idoneo capta sint. Plus sane emolumenti, tam ratione augmenti cognitio-
nis, quam respectu veritatis inde erutae, in genus humanum, in

B 3

uni-

h) Allgem. Hist. der Nat. Edit. alleg. 3ter B. 1ster Th. p. 57.

universam physiogiam redundasset, quam similibus conatibus ad tardum phlegmaticumque ovium genus directis. Per plurium tandem annorum seriem auditoribus meis, ut quavis data occasione scientiae lacunas illis ostendere soleo, in quibus resarcendi famam et honorem reportare possint, etiam hanc inclarescendi opportunitatem insignivi. Rara vero sunt ingeniorum exempla, quae, pro saeculi nostri, aut potius decennii genio, in quo tot boni, et ad incrementa scientiarum nati quasi juvenes, fere nil nisi practicam scientiae cognitionem quaerunt, quaevisque conamina, in naturae arcana inquirendi, eademque revelandi cane angueque magis fugiunt, colligendis observationibus, illisque perpendendis et trutinandis operam, studium et curas consecrarent. Ars medica hac in re ut alii scientiis ita historico studio non felicior est, in quibus rarissimae nostris temporibus sunt aves, si unus vel alter probus et eruditus vii, scilicet Scientiae suae cortice ad interiora viscera et nucleus penetrat.

§. 6.

Abjecta itaque illa, quam diu alui, spe, cum hac hyeme de uno in pertractando generationis ortusque animalium argumento versarer, et societatis nostrae ratio et leges, coram Vobis, Sodales! Iodie differendi officium minime ingratum milii imponerent, consilium cepi, observationum sufficienti copia instructus, comparationem dictarum partium instituere, et duabus Sectionibus comprehensam, Vestro judicio submittere. Ne vero mihi objici posset, mea quidquam omisiisse, quod ad illustrandum uteri statum in multis animalibus a me lustratis conducere posset, monere debo, plerasque mearum observationum quadruplici sub conditione concinnatas esse, foetum nempe, animalium ad concipiendum maturorum, attamen nondum impregnatorum, animalium denique utero ipso gerentium, et effectorum.

§. 7.

§. 7.

Cum pluribus experimentis in homine institutis certus essem, ovariorum magnitudinem in foetibus insignem esse, et respectu proportionis ad reliquum corpus admodum differre, nec minus fabricae elegantia, ut nullis vitiis morbisque mutata, illam in proiectiore aetate multum superare, operae pretium esse duxi, eandem disquisitionem in foetibus etiam suillis instituere. Quae itaque periculis in XI. foetibus sequioris sexus diverso gestationis tempore institutis mihi innotuerint, brevi sermone complectar. Uterus ipse corpore suo integro indivisoque ex profunda satis pelvi inter rectum et vesicae cervicem emergit, et dum aperturae pelvis superioris marginem attigit, in sua cornua ad angulum rectum divaricatus sededit. Perfectam habent haec cornua cum intestinorum tenuium gyris similitudinem, crassitie fere semper eadem, pennae nempe corvinae, manente, in utroque latere pone arterias umbilicales progrediuntur, donec in nitidissime conformatas tubas finiuntur. Per expansam cornubus adhaerentem peritonaei continuationem, quae ibi ligamenta lata format, egregie pelluent tenerimorum filorum instar, vasorum spermaticorum ramifications, in duplicatura ligamentorum latorum eadem ratione incidentes, qua vasa mesenterica in simili peritonaei duplicatura intestina petunt.

§. 8.

Pulchra sane est in foetibus ejusmodi ovariorum, tubarum, et funiculi vasorum spermaticorum structura. De tubis primum loquar: Cornu uteri cuiuslibet lateris in media circiter ovarii parte finito, angustissimo canali tenerimum filum repraesentante, tuba fallopliana incipit, et sensim progrediendo factis pluribus gyris et capreolis amplior fit, et notabili longitudine, in latam tenerimae membranae veli instar expansionem, quae fimbriarum locum servat, definit. Si obiter tantum has partes intueri velles, talem sane inter cornua uteri et tubas similitudinem deprehendes, ut facile credas, tubam nihil

nihil aliud esse quam cornu uteri angustior continuatio, cum cylindrica fere utriusque figura, ellipticae utriusque canalis sectiones, frequentes eorundem anfractus, et circumgyrationes, membranarum et tunicarum numerus et conditio, praecipue autem similis ad utrumque canalem vasorum accessus et distributio. Ex his itaque facile elucescit, commode omnino foetum in tuba haerentem nutritri posse, et hanc partem prae aliis, utero excepto, ad hoc negotium maxime esse idoneam. Bene inflari possunt tubae ex duplice loco, ita quidem, ut ex opposita parte rursus exiverit impulsus aer: per fimbriarum nempe ambitum, quoties in largam amplaque tubae aperturam tubulum admoveris, sensim penetrat fatus in cornu uteri, et per genitalium externorum rimam exit: vel vero, quod melius succedit, si in orificio uteri cannulam immiseris, adacto flatu eundem redire cernes per tubarum ostia inter fimbrias, praecipue bullularum forma, si uterum aqua submersisti. Nitido etiam spectaculo per eandem viam mercurius currens exivit. Nulli subjectum est dubio, ex communicatione cavi uterini cum cavo insimi ventris tubis peracta, multa pendere symptomata in morbis puerarum, in hydrope, affectibus syphiliticis, morbisque sequiori sexui praecipue familiaribus, ut fluore albo etc., medicis clinicis plerumque incognita.

§. 9.

Ovaria in hac aetate respectu corporis sunt minora, quam in foetibus humanis, nihilo tamen secius elegantia et pulchra. Longiuscula sunt fabae phaseoli perquam similia; psoae musculo incumbunt, marginem convexum exterius, hilum vel incisuram interius directam habent: corpus aequale nullis incisuris divisum, ex quibus racemosam fabricam obtinere possent, repraesentant, vestigia ovulorum seu granulorum, nulla oculorum acie distinguere potui per exteriorem superficiem transluentium, quod probat, illas ovariorum inci-

incisuras, quas in suis adultis observamus, per quas prominentia et sese quasi elevantia ova, racemosam quadammodo figuram adipiscuntur, maturiore demum aetate formari, quod quidem in avium pullis aliter sese habet, quorum tenella jam corpuscula vitellorum minimorum racemum comprehendunt. Medium hili nunc ingreditur pulcherrimus vasorum spermaticorum fasciculus, in tenellis foetibus mirabilis elegantia conspicuus. In distantia enim aliquot ab ovario linearum arteria et vena spermatica ad se invicem accedunt, et repetitis contorsionibus, anfractibus, gyris et capreolis sese amplectuntur, ut conicum quoddam corpus pampiniforme constituant, cuius latam basin hilus ovarii suscipit, et missis multis ad tubarum alas vespertilionum surculis per eadem distribuitur. Etiam sine vasorum repletione per tenuem membranam gyri translucent, nitidius autem cerni nil potest, si idonea materie a perito repleta fuerint artifice.

§. 10.

Differunt ovaria suilla ab omnibus quotquot huc usque examinati aliorum animantium ovulorum receptaculis, humanis inquam, caprillis, equinis etc. Pendent ex eleganti membrana quam alam vespertilionum appellare licet, nitidissimae omnino structurae. Membrana ipsa est continuatio tunicae uteri externae a peritonaeo, ductae ex ultima uteri extremitate seu coeco sacco, quem ingreditur tuba. Ubi ad tubam accedit, piae meningis seu membranae cerebri vasculosae instar extenuatur, sed illa validior, comitatur deinceps plexum arteriarum ovarii intricatissimum, angustata deinceps una cum plexu ad ovarium accedit, et tunicam ejusdem externam constituit. Cospiosissimis vasculis serpentinis et frequentissimis anastomosibus junctis pingitur. Oriuntur hae arteriae parvae omnes ex arteria ovarii ejusque plexu.

C

§. 11.

§. 11.

Vasa arteriosa et venosa ovarii varia etiam notatu digna exhibent. Oritur trucus arteriae ovarii ex ultimo surculo arteriae uterinae quae ex mesenterio suo, seu duplicatura ligamenti lati ad saccum caecum cornu uteri accedit. Postquam surculos aliquot ad saccum illum caecum dederit, totus trucus arcu facto reflectitur versus ovarium, primum recto itinere incedit, dein in aliquot spiras contorquetur, nunc in tres diversae magnitudinis ramos secedit, qui deinceps saepius subdividuntur et in spiras involvuntur. Circumvolutiones illorum ramorum tandem ita augentur, ut perfecte corpus epididymidi simile inde enascatur vel pampiniforme. Illae convolutiones inter duplicaturas tunicae externae nunc ad ovarium accedunt, illudque perforando tunicam crassam vel parenchyma ovarii multis trunculis ingrediuntur, et per totum ovarium distribuuntur.

§. 12.

Ovaria ipsa corpuscula repraesentant oblongo-rotunda, racemis uvarum fere similia, praecipue si aliqua praeparatio cultri ope accef-ferit. Eminent enim ex omni illorum superficie ovulorum vesiculae seu granula tanquam totidem noduli. Maximaee illarum vesicula-rum, quarum numerus maximus est, pisii minoris magnitudinem habent, talium 16. 20. 22. numeravi, minimae cannabis granuli magnitudinem vix superabant. Si summa cum cautela tunicam cra-ssam perfscindis, et telam cellularem vesiculos neftentem solvisti, ultra 30 ad 40 numerare in quolibet ovario poteris. Nitidius sane specta-culum vix cernitur, quam si cauta manu tunicam externam remove-mus ab ovario, et quamlibet vesiculam, perfissa cellulosa ex vin-culo solvimus, ita tamen, ut quaelibet vesicula seu oyulum fasci-culo uasorum tanquam pedunculo adhuc cohaerens maneat: Perfecta racemi cujusdam uavarum similitudo inde oritur, et ovaria haec fuilla,

suilla, qualia inter praeparata meā possideo, cum veris ovariis volu-
crum aliquantis per convenientia.

§. 13.

Vesicularum enarratarum quaelibet tenui constat tunica, li-
quidi exiguum copiam continent; per cellulosam, cujus ope in unum
ovariorum corpus revinciuntur, vasorum surculi super eandem distri-
buuntur, et minimis villis in illam hiant, liquidum comprehensum
cum fecernendo, tum resorbendo in motu servantes.

Crescent autem haec vesiculae in ovario suillo rarissimis in exem-
plis, quale specimen ipse asservo, ad insignem magnitudinem, ut
quaelibet verum hydropem efficiat. Ut enim in hydropibus ovario-
rum humanorum, quales ego vidi et adhuc conservo, plures vesicula-
rum grafianarum ad pugni magnitudinem increvere, quae uncias tres,
quatuor, ad sex lymphae hydropicae comprehendunt, sic pariter
in morbovo ovario suillo plures drachmae similis seri in ejusmodi
utriusque ovarii vesiculis contenti mihi observare licuit. Nec in-
frequens annotatio est, quam in ovariis variorum animantium, vac-
carum, suum, et equorum confirmatam vidi, pingue et scirhosum
concrementum in vesiculas deponi; quod quidem vitium humanis
ovariis longe magis familiare esse folet, nam plura ex feminis tam
mediae quam provectionis aetatis asservo ovaria, quibus vesicula-
rum aliquot in vera abierunt steatomata, et elegans speciem me
nuper in diviti praeparatorum anatomicorum Illustris LODERI col-
lectione vidisse recordor, ubi ovarium dextrum partim scirrhis, par-
tim vesiculis aquofis repletum est.

§. 14.

In ovaris, haec tenus consideratis, factō conceptu, novum ena-
scitur corpus, aut plura, si plures in utero formantur foetus, quibus

C 2

ob

ob singularem in flavum vergentem colorem, *lutei corporis* nomen impertitum est. Ante congressum foecundum, et inde pendentem conceptionem, simile corpus non adesse, et post prolificam utriusque sexus copulam demum subnasci, omnes in homine aequa quam in quadrupedibus viviparis collectae testantur observations. Ruit itaque ingeniosum potius, quam naturae congruum de usu et functione corporis lutei latum judicium, conceptionis materiem ex parte sexus sequioris comprehendere et fecernere, cum illa corpora summa cum probabilitate tanquam conceptus sequelam et effectum contemplari debeamus. Saepius sane ab illo tempore, quo BARTHOLINV^s) ex homine illorum mentionem fecit, REGNERVS VERO DE GRAAFF m) primam corporum luteorum dedit figuram, ab aliis autoribus, ut HARTMANNOⁿ) descripta, b. ROEDERER^o) praeципue, et Illustri WILHELMO HUNTERO^p) accuratis iconibus representata sunt, miratus vero sum, praeter Clar. BERTRANDI^q), paucos in describendis et depingendis illis ex aliis quadrupedibus operam et studium collocasse.

§. 15.

Licet ovaria in omnibus animantibus viviparis ad prolem procreandam una eademque ratione agant, sive ova integra ex durissimo, quo cinguntur parenchymate solvantur, quod tamen non adeo facile creditu est, sive, quod probabilius, liquorem aliquem fundant,

sum-

l) de ovariis p. 46.

m) De mulierum organis generationi intervientibus Lugd. bat. 1672. Tab. 14.

figg. 1. 2. 4. 5.

n) Diff. sup. cit. §. 6. 7.

o) Icones uteri humani Goett. 1759.

Tab. 7. figg. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

p) Anatomia uteri hum. grav. Bir-

minghamiae 1774. Tabb. 15. fig. 5.
19. f. 3. 31. f. 3.

q) De glanduloso ovarii corpore, de utero gravido, et de placenta in Miscellan. Philos. math. Soc. priv. Tauriens. Tur. 1759. T. 1. p. 104, vel vero in Excerpto totius litteraturae italicae et helv. Tom. IV. p. 28. seq.

summam tamen ubivis deprehendimus respectu corporum luteorum diversitatem. Nitidissima sunt in ovaris scropharum: Cum fues plerumque majorem foetum numerum concipient, quam reliqua quadrupeda, nofras animadversiones et observationes ab illis primum repetere, atque cum humanis pariter, quam nonnullorum aliorum animantium corporibus luteis comparare volumus.

§. 16.

Desumpta sunt ovaria, quorum corpora lutea, cum inter 13. specimina, quae examinavi et inter praeparata asservo, elegantissima, et uti mihi videbatur, perfectissima essent, nunc describo, ex scropha, quae tertio gestationis mense mortua, et decem foetus ejusdem magnitudinis, cum s. parvis destructis, et in duriuscula corpora mutatis, utero comprehendebat. Unum ovarium idemque dextrum, septem continebat corpora lutea, sinistrum, praecedenti multo majus, octo: Respondebat itaque numerus corporum luteorum, illi foetuum. In hoc sinistro fere omnia eandem habebant magnitudinem, baccis lauri similem, nisi quod paullo longiora essent, in altero omnia erant paullo minora. Hinc et illinc ovula seu vesiculae graianae inter corpora lutea erant dispersa, omnia in exteriore ovariorum superficie multum prominebant, ut profundae incisurae et sulci inter illa in profundam ovarii substantiam descenderent, et ovario integro figuram uvae similem tanto melius conciliarent. Teguntur omnia tunica ovarii communi, cui immediate subjacent, difficulter autem ab illis separabili. Removi tamen eandem a quamplurimis, ut integrum corpus luteum ex parenchymate necente solvissem, in variis exiguum detexi appeturam, infundibuli instar in mediam corporis lutei substantiam penetrantem. Cuncta vero corpora lutea constant ex carne quadam duriuscula, subtilaya, copiosissimis vasis (nam uterus nitidissime erat cera colorata repletus) referta: Cavum constans,

stans, et regularis figurae in nullo vidi. Deest quoque diversicolor substantia, quae corticis et medullae instar in corporibus luteis hominum et equorum cernitur, sed ubique manet aequalis a superficie ad intima usque. In multis, si omni industria et summa cum attentione secabam, propriam cujuscunque corporis lutei tunicam, quae procul dubio pristina ovuli membrana fuit, vel a corpore luteo ipso, vel a parenchymate ovarii solvere et distinguere potui.

§. 17.

Ab enarrata corporum luteorum in quibus structura plane differt illorum animantium *corpora lutea*, in quibus duplex caro seu substantia animadvertisit. *Equina* et *humana* cum mihi in hac altera classe maxime idonea videantur, ut diversitatem intelligere possimus, de his primo loco aliquot observationes proferam. Equa et asina, ut inter omnia quadrupeda respectu molis et voluminis sui minimas vesiculos in ovariorum comprehendit, sic inter domestica animalia et feras, quales observandi et ad examen revocandi mihi fuit occasio, grandissima exhibet corpora lutea. Nucem juglandem mediocrem magnitudine superare, in plus quam 8 exemplis semper vidi. Unicum modo adeo, sive in dextro sive in sinistro haereat ovario. Longiuscula potius sunt quam globosa, superficiem ovarii occupant, et exteriori tunicae subjiciuntur, quam, si remota fuerit, sequitur crassiusculum quoddam corporis lutei involucrum in plures laminas solubile, quarum intima est tenuissima. In percusso duro et firme corpore luteo duplex cernitur caro: *exterior*, *corticalis* vocata flavum colorem habet, aliquot lineas crassa est, et ex minoribus quasi portunculis, a superficie ad medianam partem divisis, constat: *interior*, nucleus quadammodo formans, albicans potius est, ubique aequalis, multis vasis perrepta, nihil cavo simile continet. Ab equino paucis momentis differt humanum corpus luteum. Minus est, et respectu figurae paulo longius, mollioreque substantia constat, pluribus vasis instructa,

structa, caeterum dupli, cum textura, tum colore diversa carne fabrefacta. Nullum mihi notum est in corpore animali viscus, quod ratione fabricae cum corporibus luteis posset comparari, aliquam vero cum renibus succenturiatis habere similitudinem videntur.

In omnibus aliis quadrupedibus interior corporum luteorum fabrica partim ad priorem partim ad posteriorem classem accedit, semper tamen numerus eorundem foetuum numero respondet.

§. 18.

Tubarum, quae a Gabriele Fallopio ita dicuntur, ego sane in nullo animante scio perfectiorem, nec vidi structuram elegantioram quam in utero suillo. Quam, cum a nemine praeter Illustriss. de BUVFON^r huc usque dedita opera, et quantum artificiosissima fabrica postulat, satis concinne descriptam et accurate depictam inveni, plurium mearum de hac parte collectarum observationum compendium exhibiturus sum.

Extima cornuum uteri gravidi amplissimorum pars sensim pedentimque in angustiorem recessum vel angulum coarctatur, cuius continuatio ipsius tubae originem format, ut veri et distincti, naturales quasi limites inter finem cornu uteri, et principium tubae vixponi posse videantur. Puto tamen, ibi praecipue tubae initium constitui atque assumi debere, ubi tenuis membrana seu tunica externa ultra marginem superiorem et extrellum cornu uteri porrigitur, et in subtile pellucidumque quasi omentum, vasis subtilissimis plenum, mutatur, quod deinceps in reliquo tubae progressu aliquot linearum latitudinem servat, et tubam ubique comitatur. Nam in omni cor-

^r loc. cit. p. 81.

num uterorum ambitu in similem appendiculam tunica externa nullibi progreditur et elongatur.

Cum in suillo utero *ligamentum teres* dictum, non prout in humano ex ipso utero ejusdemque cornu oriatur, sed ex ipsa ligamenti lati duplicatura proveniat, tubarum progressus in eo quoque ab humana, aliorumque brutorum fabrica differt, ut non mediae inter ligamentata testaria, et ligamentum ovarii incedant.

Ortae itaque hoc modo tubae ultra tres pollices solae absque ulla alia parte comite versus exteriora ducuntur, et super fasciculum arteriarum venarumque ex spermaticis versus cornu uteri decurrentium, incedunt, et imperceptibili modo aliquantis per coarctantur, pauloque post amplitudinis aliquod augmentum capiunt, quod tamen pariter vix percipi posset, nisi in ulteriore progreßu pateret, cylindricum tubae canalem nunc paullo ampliorem et crassiorem esse, quam in distantia duorum circiter ab utero pollicum. Ad insignem excurrunt longitudinem, propter multiplices gyros et anfractus vix accurate satis determinandam; quam tamen, mensura in pluribus capta conspirante, pede non minorem esse arbitror.

Plures formant in itinere suo anfractus et maeandros, sermone facili minime definiebantur. Amplo dein satis trium fere linearum diametri orificio latissima alae vespertilionum duplicatura involutas in parva ab ovarii distantia finiuntur.

Ut in homine, pluribusque aliis animantibus quadrupedibus viviparis ligamenti lati duplicatura inter fallopii tubas et ovaria, membranam quandam format, *alae vespertilionum* nomine cognitam, ita natura hanc pariter partem in sue perfectissime fabrefecit. Procedit enim illud superius descriptum omentulum in latam tenuemque ex-

pan-

pansionem, vasis nitidissimis resertam, et occurrit illi duplicatura; vasa spermatica ad ovaria migrantia investientis. Cum vero tubae in hoc animalium genere prae reliquis longiores sint, non mirari debemus, alas vespertilionum in amplum abire saccum, qui amplecti et comprehendere ovaria possit. An id revera durante congresu contingat, nemo ex propria autopsia afferet, artis vero ope id praestari posse, ego saepius expertus sum, et non parvam tunc habet similitudinem cum femineo illo ornamenito, (Carcassen) quo caput velare solent. An forsan natura hac duplicatura ad comprimenta ovaria utitur, cum fibrae musculares in multis brutis tam insignes per illam distribuantur?

SECTIO II.

§. 19.

Uteri ipsius in homine cum matrice quorundam brutorum instituta comparatio, quoad figuram, fabricam, ligamentorumque naturam, varia offert cognitu necessaria momenta, ad dirimendas et dijudicandas difficiles aliquot quaestiones, quibus visceris hujus actio explicari possit, admodum idonea.

Nemo enim nostris temporibus veram et unicam contractionis uteri causam vel in fibris muscularibus, utero propriis, vel in elatere cellulose et membranarum, vel in vasorum sanguiferorum tunicis irritabilibus et contractilibus haerere asserturus est. Nec majore cum certitudine rationem intelligimus, qua mater foetui nutrimentum afferendum immediatae vasorum arteriosorum uteri in vase venosa ovi et placentae insertioni, vel transfudationi et resorptioni vicissim peractae adscribi debeat.

D

Lites,

Lites, quas hae excitarunt controversiae, ut in tam singularia autores abierint sententiarum divortia, cum mihi ex neglecta uteri humani et quorundam brutorum comparatione oriri viderentur, operae pretium esse censui, ex suppelletili observationum mearum nonnulla proferre, quae aliquid forsan lucis spargere super has tenebras possent.

§. 20.

Respectu figurae omnium animalium viviparorum uteri in duas divisi esse videntur classes, quarum prima uteros *simplices*, i. e. unicum modo cavum formantes, complectitur, perfectissimum et elegansissimum hujus classis exemplar uterus humanus est. Ab orificio nempe uteri simplex receptaculum incipit, quod, pro diversitate aetatis, conditionis, sanitatis etc. mox amplius, mox angustius vicissim, in quod tubae fallopiae angustissima et exilissima apertura hiant, totum uterum replet. Altera vero classis uteros comprehendit bicornes *itarditos*, quod in duo cornua, sive crura, cornubus ammonis admodum similia quasi excurrent, et duo receptacula, in quolibet cornu unum, contineant, in omnibus animantibus multiparis, phytivoris uti *capra*, *vacca*, *cervo* etc. aequo quam carnivoris ceu *cane*, *vulpe* etc., ruminantibus praecipue, licet varia eorundem unicum tantum gerant foetum, locum habet. Ratio itaque, cur natura nonnullis animalibus bilocularēm impertiverit uterum, non in numerosa prole quaerenda est, cum *vacca* rarius fere quam *homo* gemellos aut trimellos pariat. Adhuc proprie loquendo *tria receptacula*: Nam unicum et commune orificium uteri, quod in vaginam hiat, dicit in primum receptaculum, quod pro communi matricis cavo habendum est, et quod in homine solum et unicum quoque manet; ex hoc primo cavo, quod in ruminantibus gravidis acetabula adeo comprehendit, duo larga orificia, intercedente septimo, similis quam uterus ipse fabricae, in binorum cornuum receptacula transeunt. Haec bina cornuum cava in progressu sensim angustiora fiunt, donec in exilissimis

et

et tenuissimis tubarum canalibus finiantur. Pro diverso embryonum numero quos continent, diversae magnitudinis sunt, si enim aequalis in quolibet cornu fuerit, ut plurimum aequalis esse solent magnitudinis, sic regularem et perfectum arcum formabat uterus suillus, partui proximus, & circiter pedes longus, in quolibet cornu & foetus continens; medium hujus arcus vaginam accretam habebat, cornua tam ratione magnitudinis quam respectu crassitiae erant aequalia. Si vero, quod in canicula gravida observavi, ubi tres foetus in sinistro cornu, unicus in dextro haesit, hoc longe minus erat altero; si unicus modo ceu in vaccis adest, alterum vacuum cornu, non adeo multum increscit, licet sanguinis in cornu foetum anterior afflatus vasorum largius incrementum arguere videatur. Non vero semper vacuum esse in uniparis alterum cornu, probat observatio ex asina gravida desumpta: dextrum nempe cornu profundiorum locum occupans, molle et spongiosum corpus, chorion nempe conduplicatum comprehendebat. Intercedit inter duo haec cornua, ubi a se invicem separantur, duplicatura tunicae uteri extimae a peritoneo orta, cum interspersis nonnullis fasciculis muscularibus et vasis.

§. 21.

Pendent haec cornua ex crassa pingui satisque lata membrana, perfecte mesenterio intestinalorum simili, ut ipsa ex duabus peritonei lamellis constat, nunc duplicatram efformantibus, vasaque sanguifera majora complectentibus. Non ubique ejusdem latitudinis est, latissima in medio, sensim brevior fit, quo propius ad ovaria accedit.

§. 22.

Cornua itaque haec non incongrue pro parte tubarum fallopianarum in majorem amplitudinem expansarum haberi possunt. Rarius in animantibus, utero bicorni instructis animadvertisit, quod

D 2 or 2100A M 1 tamen

tamen semel in capra vidi, ut uterque foetus in prima camera, quam ego communem dixi, haereret, nullis cornubus, praeter tubas tantillum expansas, apparentibus. Saepius autem in humano utero ejusmodi aberrationes, ab eruditis multis s) et semel a memetipso visae sunt, ut vel uterus duplex fuerit, vel instar uteri brutorum bicornis esse videretur. Nondum vero observatum, saltem litteris nondum relatuum est, naturam in homine in eundem tramitem rediisse, ut, quod in ultimo casu evidenter requiritur, tubae fallopii, quoad partem ampliores factae, cornua repraesentarent, et in verum uteri cavum, quod in homine simplex et unicum esse debebat, hiasserint. Paucae cognitarum, descriptarum et delineatarum observationum, ACRELLIANA ET LEVELINGIANA exceptis, hujus figurae uteri in homine, cum vera uteri bicornis in quibusdam quadrupedibus, notatae structurae convenientis, certo meminerunt, ut b. HALLERVSTⁱ⁾ adeo de veritate quarundam annotationum dubitaverit. Patet vero ex hoc naturae ordine, fabricam animantium, in plerisque attributis affinium, saepius in consuetum tramitem redire, si eundem in quibusdam speciebus deseruerit. Sed observationem ipsam enarrabo.

§. 23.

s) Jam superiorē saeculo annotare cuperunt hanc aberrantem uteri structuram, ut MATH. TILING in Exercit. Anat. de Tuba uteri Rintelii 1670. p. 95. observationis gallicae a Chirurgo VASSAL mentionem fecit. it. LITTRÉ in Mem. de l'acad. r. des sc. 1705. GRAVEL de Superficiatione in HALLERI Diff. Anat. Vol. V. p. 335. cum annexa icona. b. EIFENMANNI Tabulae quatuor uteri duplicitis. Argent. 1752. Ill. PH. ADOLPH. BOEHMER

Observ. Anat. ravior. Fas. II. Hallae 1756. Tab. V. VI. Ill. OLOF ACRELL in denen Schwedischen Abh. 23. B. 8 u. 9. Tafel. III. HENR. CALLISEN in Collectaneis soc. med. hafn. Vol. I. Tab. I. Illustris IOH. GOTTL. WALTER über die Geburtstheile des weibl. Geschlechts. Berlin 1776. Figur. et Ill. HENRIC. PALM. LEVELING de utero bicorni Anglipoli 1781. Tab. 3-4.
t) El. Phys. T. IV, P. II. p. 51.

§. 23.

Cadaver vetulae, quae saepius jam utero gererat, hydrope tandem extinctae, theatro anatomico Novembri 1775 tradebatur. Abdomen cum ab aqua intercute, tum a sero in infimum ventrem effuso ingentem in modum intumuerat, quibus facta incisione effusis, singularis, et nunquam huc usque a me visa in conspectu prodibat uteri figura. Nisi corpus matricis ipsum solito crassius majusque fuisset, me uterum vaccae bicornem cernere credidisse.

Totam pelvem hoc viscus replebat. Corporis et cervicis uteri incrementum illi, quod tertio gestationis mense habere solet, per quam simile fuit. Adhaerebant autem huic magno globo, duo minora corpora, quorum quodlibet $2\frac{1}{2}$ poll. longum unumque poll. latum erat, et in breves tubas fallopii, elegantissimis simbriis terminatas excurrebant. Dolebam statim, me hoc cadaver, quod propter hydropticam conditionem intermisum erat, cera non replevisse, nam ab externa uteri figura tubarum mutationem, et cavi uterini aberrationem hariolabar. In exento utero substantiam ejusdem naturali crassiore vidi, amplum vero illius cavum purulentam, cruento nigricante et foetidulo remixtam, comprehendebat materiem. Ex ample hoc cavo, via minime interrupta in largas appendices ducebant, quae dilatatae et ampliores factae erant fallopii tubae, quarum cavitates simili replebantur materia. Caeterum erant utero quoad substantiam longe tenuiores, et ab ultima cavi extremitate latiora tubarum orificia ad fibrias ducebant, per quam viam sine dubio aliqua purulenta materia pars in pelvem exiverat, cujus aliquot cochlearia ibidem inveniebam.

§. 24.

Fabrica, structura, et compositio partium, *uterum* seu matrem in omnibus quadrupedibus viviparis et in homine efficientium,

D 3

redit

redit ad cognitionem tunicarum, vasorum, et parenchymatis cellulosis cum paucis nervis, respectu magnitudinis visceris ad uterum transmissis. In genere denuo uteros in duplicem classem dispescere possumus: *spongiorum*, ad quam humanus referendus, in his manifesta separatio in tunicas minime locum habet, et membranaceorum qui in tunicas et lamellas facile dividri possunt. Tres autem sunt membranae, seu potius tunicae, *Externa*, *Muscularis*, et *Interna*, quae duplici telae cellulosa vinculo nestantur.

§. 25.

Prima eademque *Extima* matricis tunica in omnibus animantibus est vera et immediata peritonaei prolongatio. Procedit enim super posterius vesicae urinariae planum, usque ad cervicem uteri, cui vagina adhaeret, et cystis urinaria insidet; ex quo loco super anteriorem uteri partem, fundum et cornua adscendit, descenditque vicissim super posterius matricis planum ad intestini recti contactum usque; quo investito, sensim in novas duplicaturas, maelesti, mesocoli, mesenterique nomine, ut omnibus cognitum est, abit.

In hoc peritonaei itinere nulla insignis obtinet inter hominem et bruta diversitas: Attamen quaedam animadvertuntur, 1) Foveae illae et receptacula quasi, quae in homine cystidem urinariam inter et uterum, uterum inter et intestinum rectum cernuntur, et quae halitu fragrantissimo saepe in liquidum aliquot drachmarum confluentia repletur, in brutis aliam longe figuram et conditionem, ex situ corporis eorundem horizonti parallelo pendentem, ostendunt, non tam profundam enim cavitatem formant, rarius etiam liquorem continent, uti in genere observationes testantur, multo minorem seri abdominalis copiam in brutis inveniri, quam in homine, et procul dubio eam ob causam, bruta animalia non tam frequenter hydrope ascite laborant quam homines, quod forsan vasa minus perspirent, an vero quod

quod venae plus resorbeant, de causa huc usque nihil certi constat.
 2) Nexus inter hanc tunicam extimam et uteri parenchyma in homine strictior est, in plerisque brutis vero laxior et mollior cellulosa intercedit, quae facilis negotio solvi a subjacente tunica musculari potest. In omnibus fere similem in modum tunicam extimam super reliquam uteri partem procedere vidi, ut nempe exterior haec validissima tunica ex vagina super utrumque cornu uterinum protrahatur, in illo vero loco ubi vagina uterum suscipit, duae tunicae exterioris lamellae ad se invicem applicantur, junctae intermedia tela cellulosa laxiore, et filis musculosis. Extenditur deinceps super utrumque cornu uteri quaelibet lamella, ita quidem, ut altera unum planum cornuum uterinorum concendet, altera alterum, et in vertice cornu confluant, uterumque hoc modo inter se contineant. Continuatur ex uno cornu in alterum sine ulla interruptione, in summo tandem cornuum vertice ubi sese contingunt, in trianguli plano binae lamellae se denuo attingunt in duplicaturam abeuntes, parca vasa et nonnullos muscularium fibrarum fasciculos complectentes.

3) In homine rarissimis in exemplis quidquam pinguedinis inter hanc tunicam extimam et uteri reliquam substantiam deprehenditur, licet in pinguisimis individuis has partes secuerim: Saepe autem in uteris caprillis, suillis, caninis, vaccinis quin equinis, inter duplicaturam peritonaei, ovaria et tubam fallopianam cum vasis includentem, copiosum adipem inveni. Formatur autem in omnibus nullo excepto, et sine memorabili aberratione, ex confluxu utriusque lamellae lata et ampla duplicatura, quae latera uteri exteriora occupat, et sub ligamentorum latorum nomine nota est.

§. 26.

In homine ut plurimum ligamenta uteri lata praecipuae attentionis digna non visa sunt, cum crederent ea modo ad uterum in situ natu-

naturali sustinendum facta esse. Comparata autem anatomie iterum ostendit, in majoribus quadrupedibus, equo, vacca, camelio forsan et elephanto, quae propria manu disquirere mihi non licuit, apparere ingentem fibrarum muscularium copiam, quorum descriptionem sub-jungam, ex utero vaccino desumtam.

§. 27.

Tunica uteri extima super tubas et ovaria continuata, ubi alas vespertilionum fecit, in amplum et profundum saccum mutatur, cuius unum marginem, eundemque anteriorem tubae, alterum vero ovarium cum suo ligamento cingit. Ex toto hujus facci ambitu amplissimum fibrarum muscularium planum super ligamentorum latorum universam superficiem expanditur. Constat ex tenui tunica vera musculari, qualis fere illa ventriculi humani vel canini esse solet, numerosissimi fasciculi muscularorum, maiores minoresque confertim positi, quorum elegantissima fabrica microscopio parum augente optime cerni potest, parallelum planum efformant, aliquot pollices latum. Multi horum fasciculorum super ovarium expanduntur, idemque quodammodo amplectuntur, alii teneriores facti versus tubas procedunt, et in minimis filamentis, armato tantum oculo discernendis, per alas vespertilionum sparguntur.

Longe major adhuc horum muscularorum parvorum copia, partim in eam duplicaturae portionem distribuitur, quae vasa spermatica comprehendit, partim versus interius uteri latus tendit, ubi commune uteri cavum, vaginae adcretae proximum est, et inter vasa hujus partis, tunicamque musculari finitur.

§. 28.

In quem finem usumque natura hanc musculari tunicam, in grandioribus animantibus magis manifestam et evidenter, in mino-

minoribus, licet non deficiat, tenerioribus tamen fibris instructam, effecerit, perscrutandum est. In homine simile quid, certissime non adeft. Interim nonnullis in mentem venire potest, SORANVM u) olim jam musculi mentionem fecisse, ad prolixiendam ex ovarii partem prolificam decreti, Cremasteri tunicae vaginalis et testiculi non plane absimili.

Quamvis autem insignem cadaverum sequioris sexus numerum sollicite perquisiverim, veram, ad convincendum quod similis musculus cremaster adsit, idoneam observationem obtinere et colligere non potui; Apparent interdum, praeprimis in cadaveribus robustis, bene nutritis, morteque violenta et repentina extinctis, fibrae quaedam rubellae, muscularibus non absimiles, cum fasciculo vasorum spermaticorum et nervulorum versus ovaria et uterum descendentes, ut modo sub auxilio analogiae ex majoribus quadrupedibus adhibitae credam, existere in omnibus quadrupedibus viviparis sequioris sexus muscleum tenuem membranaceum, qui uti cremaster in maribus ad constringenda ovaria plus minusve confert.

§. 29.

Secunda uteri tunica, vel media, optime Muscularis appellatur. Dum enim removetur in uteris membranaceis brutorum, quod a me in uteris caninis, felinis, caprillis, suillis, asininis, cervinis, vaccinis et equinis factum est, tunica communis seu externa, separando illam a subjacentibus reliquis, laxissimam deprehendimus intersertam telam cellularem primi ordinis, qua revincitur extima ad amplum stratum fibrarum muscularium, medium uteri membranam con-

vix.

w) *Isagoge in rem medicam.*

E. d. T. A. V. I. c. i. m. h. e. n. d. o. r. g. l. a. (x)

constituentium. Constat haec tunica muscularis in nonnullis speciebus ex variis fasciculis majoribus minoribusve, diversa ratione inter se contextis dispositisque, mollique tela cellulosa connexis; in his speciebus magnam habet similitudinem cum tunica musculari ventriculi et cystidis urinariae: in plurimis aliis vero parallelo ordine juxta se invicem collocantur hi fasciculi, ut una alteram tangat, nullis hiaticis relictis, sub qua conditione perfecte convenient cum tunica musculari intestinali tenui ab ALBINO ^{x)}) tam egregie depicta. Elegantissime hanc summatam convenientiam cernere possumus, si frustula uteri canini vel suilli, cum frustulis intestinalium conferimus, saepe omnino incerti essemus, quodnam frustulum ad uterum, vel ad intestinum pertineret. Omnes oriri ex communi quasi centro ex vagina nempe videntur, super concursum dein utriusque cornu uteri se quasi conjiciunt, et radiorum instar distributi super cornua expanduntur: Radiatam vero hanc dispositionem in omnibus tam luculenter non intueri possumus, quoniam alii saepe fasciculi interpolantur, et vafa sanguinifera ipsa quoque intercedunt.

§. 30.

Nobis nunc similem tunicam muscularam in humano utero investigantibus, insignem ostendit natura in hominum matrice differentiam. Unicam, cohaerentem, et amplam tunicam muscularam, quallem in brutorum uteris observamus, non adesse, quotidiana loquitur experientia, quidquid etiam nonnulli de tali musculari tunica statuere voluerint. Nec ipsa ab optimo meo Praeceptore b. ROEDERERO ^{y)}), cuius memoria mihi sancta est et inviolabilis, descripta strata regularia per repetita mea experimenta confirmantur. Propius jam ad veritatem accessit Magnus inter anglos Incisor Illustris

HVN-

^{x)} Annotat. academic. L. III. Tab. r. Goett. 1766, §§. 95. seq.

^{y)} Elementa Art. obfetr. edit. ult.

HUNTERVS 2). Gravia autem hujus indefessi et eruditissimi Viri argumenta, non permovere potuerunt insigne decus Berolinense Illustrem WALTERVM a), amicum meum et fautorem amabilissimum, ut opinioni assensum praebaret, cum potius existentiam fibrarum muscularium uteri, argumentis gravissimis, et praeparatis incredibili industria confectis, quae nuper Berolini vidisse admodum laetor, convictus, plane in dubium vocet, uterum ex elastica cellulosa et solis vasis constare, contrahendique vim in solis vasis quaerendam esse, diserte, et pro laudabili more suo nec auctoratis, nec saeculi generis imperantis praejudicio obediens, solide et erudite contendat.

Rationibus et argumentis Illustris WALTERI, si de causis partus sermo est, an foliis fibris muscularibus ascribenda sit, vel an vasa sanguifera simul aliquid conferant, et hoc affirmando assertur, nihil, ex mea quidem sententia, opponi potest. Verum enim vero, si attentionem nostram in illam figimus investigationem, an primo loco, nihil in utero humano inveniatur, quod fibris muscularibus accenseri possit et debeat, et dein, an animalium brutorum enixus pariter, tanquam solus effectus contractionis vasorum sanguiferorum uteri agnoscendus sit, quaedam pauca, pace Illustris Viri monenda habeo, quae ut benevole, et talem in modum accipiat, quo amicus objectiones, dubia, interrogationes et restrictiones amici accipere solet, peramanter rogo; idque tanto magis confido, Magnum Virum me hujus amicitiae benevolentiaeque participem factum esse, quanto jucundior mihi semper erit eruditus et utilissimi

E 2 miles immovil. Iacobus collo-

z) In immortalis opere. Anat. ut. hom. gravi. Tab. XIV. figg. 1. 2. 3. in quibus strata fibrarum muscularium uteri ab interiore ejusdem superficie

comparentium, elegans exhibetur effigies.

a) Von den Geburttheilten des weiblichen Geschlechts, §§. 35. u. f.

colloqui recordatio, quo me Berolini in amabilis viri et familiae sodalitio, durante iupero' meo itinere, frui contigit. Plane cum Ex-cell. WALTERO, frequenti autopsia edocto, persuasus sum, magna et in tali uteri brutorum cohaerentia strata muscularium fibrarum, nec in interiore nec in exteriore uteri superficie inveniri. Infinita autem copia brevium et longorum fasciculorum muscularium uterum in omni regione omni' parte perreptant et percurrunt, nec frustaneum laborem suscipimus, si nonnullos fasciculos sub tunica extima remota, alios in media parte, alios denique in interiore superficie cernere volumus. Adsumt sine omni dubio in utero virginico aequa quam in gravido, difficultas autem investigationis in duritate uteri non graviida quaerenda est, cujus vasa, ceu minus evoluta, spatia inter ea libera minora et arctius constricta relinquunt, per quae fasciculi musculares decurrere debebant. Vasis, durante graviditate, expansis, spatiola cellularia ampliora redduntur, pressi antea et contorti fasciculi elongantur, humoribus nunc copiosius affluentibus melius evolvuntur, et in fasciculos mutantur variae magnitudinis et crassitatis. Vidi e. gr. si ligamenti lati duplicatura usque ad lateralem uteri partem separatur, fasciculos tertiam litiae partem et ultra latos, quorum distincta filamenta, quasi similes fasciculos in ventriculo lustrares, lente vitrea modice objecta augente, observari possunt. Flectunt sese, et gliscunt quasi, sub diversis inclinationibus factis, in laxa et spongiosa uteri substantia inter vasa sanguifera, quorum serpentinae incurvations impediunt, quo minus sequi ab ortu ad finem hos fasciculos possimus. Facilius interdum hos fasciculos, qui nullo modo cum cellulosa confundi possunt, conspexi, si uterum per 24. horas aquae immersi, in qua aliquot unciae nitri solutae erant. Notum enim est, a nitro fibras musculares paulo obscurius tingi, et duriores redi.

*in aliis, quoq; historiis ac
et in aliis, quoq; uterum
multitudinem invenimus, utrum
sit obiectum, non possumus
ad hanc de trahere propositum.*

§. 32.

*animantibus utero membranaceo instructis, partus, absque
omni alio adminiculo suffultus, quoad maximam partem propria matris contractione peragitur, simili ut in homine modo, nisi quod aliorum exhortationes conatum pariendi regimen fulcire possint.*

Elegantissimam et tam egregie regularem tunicam muscularam autopsia nos in omnibus docet. Haec aliud scopum habere nequit, quam ut uteri contractionem augeat, nisi eandem sola perficiat. A vasis sanguiferis brutorum uterus parum auxilii expectare potest, quae partim non tam mirifice ratione voluminis augentur, partim non tam anfractuose uti in homine procedunt. Analogiae vero cum in rebus naturalibus saepe fides danda sit, non dubitavi, quin in dirimenda et dijudicanda de fibris muscularibus uteri controversia, pro affirmativa parte in subsidium vocari debeat. Succurrit adhuc, quod in uteris membranaceis brutorum non gravidis, praecipue in illis qui nunquam utero gestarunt, muscularis tunica obscurior esse soleat,

quam in foetis et partui proximis.

§. 33.

Tertia tandem, eademque intima uteri tunica, non inepte Villofa ad analogiam in intestinis dicta, majore forsan attentione digna est, quod ex illius fabrica, habitu, et mutationibus, quas durante gravitate patitur, cum aliqua securitate judicium de nexus ratione, quae uterum et ovum intercedit, ferri queat. Tunica ipsa in omnibus, quotquot examinavi quadrupedibus, tenuis, mollis, facile dilacerabilis, et ex tenera cellulosa constans membrana est. Universum uteri ambitum obducere, per se patet, continuatur vero, licet habitu aliquantis per diverso, tam per duo tubarum orificia interna in tubas, quam per os uteri in vaginam. Ut natura ejusdem intelligi melius possit, ratio habenda est diversae fabricae ovi et pla-

E 3

cen-

centae, sive quod idem est, differentis modi, quo arteriae umbilicales finiuntur, venae vero ortum capiunt, quod triplici modo contingit. Vel enim *plane nullum corpus adest*, cui placentae nomen impertiri possit; vel *una cohaerens massa placentam simplicem efformat*, sive illa fuerit corpus oblongo rotundum, uti in homine, sive cinguli forme, ceu in canibus; vel *plures placentulae minores, cotyledones distae inveniuntur*, ut in ove, capra, vacca, cervo etc.

Diversa haec placentae ovique indeoles, diversum producit tunicae villosae contextum, formam et conditionem, ut in multis laevis, glabra et minimis villulis obfuscam exhibeat superficiem, in aliis mollem assumat et laxam cellulosam, in qua refectionis negotium peragi possit, in aliis in parvos colliculos in medio foveam, crateris instar continentes, ex crescatur, acetabulorum nomine cognitos, quae cotyledones suscipere et fovere debent. Praemittenda vero est va-
forum uteri historia, ut iter et decursus ad villosam usque eo melius patescat.

§. 34.

Duo sunt vasorum uterinorum in brutis uti in homine fontes, spermaticorum ex aorta et renali, et uterinorum ex hypogastrica prōmanantes b). Venae arteriis insigniter latiores sunt amplioresque, et saepe valvulis praeditae, nam in vaccinis et equinis venis magnis infra ovaria recurrentibus et versus uterum properantibus, veras vidi duplices valvulas in distantia 2. pollicum, non vero tantae capacitatis et amplitudinis sunt, ut totum canalem clauderent, et injectionem ex truncō in ramos non admitterent. *Arteria uterina* singulo trunco inter duplicaturam peritonaei seu ligamentum latum,

b) Assumit tres Illustr. WALTERVS teritis, quae spermatica externa appellatur, des weiblichen lat, tanquam proprium fontem consi-
Geschl. p. 33. §. 44. cum vasa ligamenti deret:

latum, uti fere in intestinis per mesenterium, versus uterum prope-
rat, mox in binos ramos aequalis fere magnitudinis divisa. Exte-
rior in plerisque uti in homine arcu in parte uteri laterali facto con-
vexo ad superiora tendit, et cum spermatica confluit. Vasis per ex-
iguum spatium inter tunicam extimam et muscularam in interposita
his tunicis cellulosa prima progressis, simili ut in intestinis modo, ra-
tione inconstanti et difficulter enarrabili, multifariam fortiuntur divi-
sionem, insignes tamen adhuc vasorum surculi, obliqua directione
inter fasciculos tunicae muscularis procedunt, illamque quodammodo
perforant in secundam cellulosa abituri. Sequitur enim tunicam
muscularam latum telae cellulosa laxioris parenchyma, inter inti-
mam uteri tunicam s. villosam et muscularam, ex albis validis fi-
bris, quibus multum gelatinæ fila trahentis interpersum est, con-
stans: haec albicans natura efficit, ut incongruum *nervaeæ tunicae*
nomen huic cellulosa secundæ datum sit. Comprehendit autem cel-
lulosa dicta secunda elegantissimum vasorum rete, ex quo minimi
surculi in intimam uteri tunicam pro diversitate secundinarum diver-
simode distribuuntur. *Spermatica* vasa datis multis ad ovaria, tubas,
alasque vespertilionum ramis, in duplicatura ligamentorum latorum
descendent et uterinis occurront, ut magnum arcum forment, ex
quo deinceps radii vasorum utrumque cornuum uteri latus conscen-
dunt, et modo, superius descripto, per tunicas et substantiam uteri
distribuuntur, donec extremitates truncorum in summo cornuum ver-
tice confluant, et plane uti in intestinis elegantissimam anastomosin
faciant.

§. 35.

Pro diversa itaque ovi et placenta, uti superius dixi, condi-
tione et fabrica, haec in tunicam intimam uteri transientia vasa dif-
ferentem fortiuntur mutationem. In suillo utero, in quo nulla crassa
formatur placenta simpliciter in glabram et laevem abeunt superfi-
ciem,


ciem, nitidissimum rete vasorum in illa cernitur, hinc illincve exiguos astericos villosos formans. In humano utero, in molle villosam mutatur, quae facili negotio separari et deglubi ab utero potest, si durante graviditate illam lustraveris; amplius vasorum rete per illam distribuitur, pro diverso placentae fede majoribus et pluribus vasis referto, quam in aliis locis. In canino utero, subjacet tenui huic villosae, singularis membrana ejusdem latitudinis cum cingulo placentae, colorem subflavum habet, copiosissima vasa transmitit, et per flocculentam villosam spargit. In uteris vaccinis, capillis etc. rotunda illa corpuscula, glandulae olim et acetabula dicta, quod foveam ad recipiendos cotyledones idoneam contineant, villosae subjicitur, a quibus facile solvere, et usque in foveam prosequi illam possumus. Cum vero hujus partis historia, cum ovi structura intime connexa sit, ad illius descriptionem, proxime tradendam, reservanda est.

Wb 3825



ha





HENR. AVG. WRISBERGII

PROFESSORIS GOTTINGENSIS

EXPERIMENTA ET OBSERVATIONES ANATOMICAES

DE

**VTERO GRAVIDO,
TVBIS, OVARIIS, ET CORPORE
LVTEO QVORVNDAM ANIMALIVM
CVM IISDEM PARTIBVS IN HO-
MINE COLLATIS.**



GOETTINGAE,

Apud IOANN. CHRIST. DIETERICH.

MDCCLXXXII.

